



R. P. F.

LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA

NEC NON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERRE OMNIBUS, QUAE IN DIES OCCURRUNT, NEC PENE OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM DECRETIS, SACRAE ROMANAE ROTAE DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatas accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultaeque aliae adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editae:

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIAE VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS SEPTIMUS.

P



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: EX TYPOGRAPHIA MICHAELIS ESCRIBANO.

MDCCLXXXVIII.

Sumptibus Regiae Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.

PABULATIO.



PABULATIO. Vide *verb.* Bellum *art.* 3. n. 17. 18. 19. & *verbum* Pasena *per tot.*; in primo namque loco breviter expenditur pabulationis usus respectu Militum tempore belli in terra hostili, & in terra amica; in secundo autem loco pasena declaratur quoad nomen, esse. *sc.* ad quos spectent, nec non quomodo traduntur modi, quibus pascendi jus acquiri potest, & per totum exponitur; quod huc de re scitu dignum est.

clariorem pactorum probationem, ut recte explicat Glossa *ibidem*.

Pactum (omissis aliis minus scitu necessariis divisionibus) precipue dividitur in pactum nudum, & vestitum, seu legitimum. Abbas *in c.* Antigonus 1. *de pactis* n. 4. & alii communiter. Pactum nudum est illud, quod in sola conventionione pasciscendum consistit; & dicitur nudum, quia sicut in puris, simplicibus, & nudis finibus conventionis, sicut ille dicitur nudus, qui est sicuti de utero processit, ut declarat Bartolus *in l.* Juris gentium §. Igitur n. 1. *ff. de pactis*, Abbas *in cit. c.* Antigonus 1. *de pactis* n. 4. Fagnan. *ib.* n. 18. & alii passim. Non enim intercedit aliquod extrinsecum, quo vestitur, videlicet, nec stipulatio, nec solemnitas scripturae, aut hujusmodi. Pactum vestitum, seu legitimum est illud, quod praeter conventionem partium aliquid aliud Juris adminiculum habet, ratione cujus actio civilis in foro externo oritur, *l.* Legitima conventio, *ff. de pactis*, ibi: "Legitima conventio est, quae lege aliqua confirmatur, & ideo interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quoties lege, vel senatusconsulto adjuvatur, concordat textus *in l.* Juris gentium §. 1. & *seq. ff. eodem*."

Pactum pluribus modis vestitur, seu Jure civili confirmatur, & hos praecipuos modos enumerat Glossa magna *in cit. l.* Juris gentium §. Sed cum nulla, *verb.* Quinimmo, *ff. de pactis*, Bartolus *ib.* Pirhing. *lib.* 1. *Decret. in tit.* 35. a n. 4. Reichenstuel *ib.* a n. 20. & alii passim.

Primo igitur vestitur, si pactum simplex transeat in contractum specificum, seu nominatum, seu in genere perfectum v. g. in emtionem, venditionem, locationem, commodatum, depositum, & hujusmodi generatim enim omnes contractus nominati sunt vestiti, & pariunt actionem, quando in suo genere sunt perfecti; *cit. leg.* Juris gentium §. 1. *ff. de pactis*.

Secundo pactum nudum, seu simplex vestitur, seu confirmatur legis assistentia, seu Juris auxilio, ita ut ex eo oriatur actio civilis ex Juris privilegio, ut colligitur *ex l.* Legitima 6. *de pactis*, & notat Glossa *ib.* Sic quippe ex simplici donatione, postquam acceptata est ante traditionem rei, Jure novo Codicis oritur actio civilis ad rei ita promissae traditionem; *l.* Si quis 55. §. Sed si quidem, *Cod. de Donation.* Item ex nudo pacto dotis praestanda, seu ex simplici promissione dotis acceptata in favorem matrimonii oritur actio civilis; *l.* Unica, *C. de rei uxore. act. l.* Ad exactionem 7. *Cod. de dactis promissione.*

Tertio vestitur, & confirmatur pactum nudum, seu simplex, coherentia cum contractu nominato, vel alio pacto vestito, videlicet, si pactum inconcinnit, & non ex intervallo adiciatur alteri contracto-

PACTUM.

ARTICULUS I.

Quod ea, quae concernunt naturam, divisionem, & effectus Pactorum.

SUMMARIUM.

- 1 Pactum unde sit dictum.
- 2 Pactum quid sit.
- 3 Pactum (omissis aliis minus scitu necessariis divisionibus) precipue dividitur in pactum nudum, & vestitum.
- 4 Pactum nudum quale sit.
- 5 Pactum vestitum quale sit.
- 6 Pactum pluribus modis vestitur.
- 7 Primo vestitur specifico nomine contractus.
- 8 Diversis nominibus pactum vestitur, ad n. 13.
- 14 Pactorum effectus, tam jure canonico quam civili, ad n. 26.
- 27 Additiones ex aliena manu, ad n. 35.

Pactum est sic dictum à pactione, textu expresso *in l.* Hujus Edicti 1. *ff. de pacto* §. 11. ibi: *Pactum autem à pactione dicitur, vel quasi ex pacto factum, quia per pacta fieri solet pax, c.* Pactum 11. *de verb. signific.* ibi: *Pactum quasi ex pacto factum, & concordat cit. l.* Hujus Edicti §. 1. ibi: *Inde etiam pacis nomen appellatum est.*

2 *Pactum est duorum, plurimumque in idem placitum consensus.* Sic praecisus verbis definitur *in cit. l.* Hujus Edicti §. 2. seu ut definitur *in l.* Pactum 3. *ff. de Pollicitationibus: pactum est duorum consensus, atque conventio, & concordat definitio, quae refertur in c.* Pactum 11. *de verb. signific.* ibi: *Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura legibus, & moribus comprobata.* Ly enim scriptura non denotat, quod pactum sine scriptura fieri non possit, sed solum demonstrat, quod solet in pactis interseri scriptura ad faciliorem, & Ferrar. Biblioth. Tom. VII.

R. P. F.
LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA

NEC NON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

*DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERRE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES
OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,*

*EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIIS, SACRARUM CONGREGATIONUM
DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS
ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS*

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

*In hac editione, prima hispana non solum Additiones legales, jam antea publicatæ
accedunt, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ
adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ;*

OPERA, AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI,

TOMUS OCTAVUS.

Q-R-S




SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: EX TYPOGRAPHIA MICHAELIS ESCRIBANO.

MDCCLXXXVII.

Suntibus Regiæ Typographorum, & Bibliopolarum Societatis.



QUADRAGESIMA.

SUMMARIUM.

- 1 **Q**uadragesima, quid sit: unde dicta: sui quadragesima dies, nec plures, nec pauciores: à Christo consecratam, ab Apostolis observatam, & universa ecclesia traditam, ad num. 4.
- 2 **A**n sit de jure divino: quo tempore fuerit Christi Quadragesima, & suorum filiorum: quas hebdomadas in ecclesia Orientali Quadragesima continet, à quo tempore incipiat: quas Romana, & quare dies quatuor precedendas sunt additi: que olim observantia Clericorum, ad num. 9.
- 3 **Q**uando in ecclesia Romana incipiat: quod discrimen inter eam, & Mediolanensem Ambrosianam: dum prandi debet: an dispensetur in usu carniam, à jejuniis dispensetur, quid è comperio: ad quem dispensatio spectet: peccant qui alio se transferunt in fraudem jejunii, quid, si alio motivo aut causa, ad num. 20.
- 4 **Q**ue prohibita in Quadragesima: olim Dominici Quadragesime ab observantia carnis: qui à jejuniis excusantur, ad num. 34.
- 5 **A**uctoritatis supplementa subducuntur, ad num. 34.

QUADRAGESIMA est religiosa in ecclesia recepta abstinencia ante solemnitatem paschæ instituta ab Apostolis, & à successoribus eorum ad nostrâ usque tempora observata, adjunctam habens ciborum delectum, & ad alia pœnitentiæ, & virtutem opera incitans. *Est in re Communis.* Dicitur autem Quadragesima à numero quadraginta dierum, quibus durat: Quadragenarium enim est, quod continet in se Quadragesima.

- 1 Quadragesima autem dies, & non plures, nec pauciores deputati sunt pro abstinentia, & jejuniis, ut innumerum quadraginta dierum, quem Salvator noster suo sacro jejuniis consecravit: & ut sic anni decimas Deo solvamus, c. Quadragesima 16. *dist. 5. de consecratione,* ibi: *A prima igitur Dominica Quadragesime usque in pascha Domini sex hebdomade computantur: quarum videlicet dies quadraginta & duo sunt: Ea quibus, domo ten dominici dies abstinentie subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam triginta & sex dies romanæ. Verbi gratia: si per 36; dies annus voluerit, & nos per triginta, & sex dies affligimur, quasi anni decimas Deo damus: sed ut rarer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Salvator noster suo sacro jejuniis consecravit, quatuor dies prioribus hebdomade ad supplementum quadraginta dierum adduntur, id est quarta feria, qua caput jejunii subnotatur, & quinta feria sequens, & sexta, & sabbatum: Nisi enim istos dies quatuor superioribus triginta sex adjungeremus, quadraginta dies in abstinentia non habemus. Jubemus etiam Omnipotenti Deo unicum honorem nostrorum decimas dare.*

Et *Glossa ibid. vers. Ceteris sic expresse habet: Quæritum fuit in Concilio Gregorii Papæ quare quadragesima dies abstinentia, & jejuniis deputentur, & non plures, vel pauciores, & responsum: Id eo sit, quia jubemur dare decimas unicum honorem nostrorum, & 36. dies sunt decimas totius anni: quibus quatuor additi sunt, ut adimpleatur quadragenarium, quem Dominus suo sacro jejuniis consecravit. (Ad idem lex 5. tit. 23. p. 1.)*

Unde Quadragesimæ jejuniis à Christo consecratum fuit ab Augustinis observatum, & universæ ecclesiæ traditum. *Council. Senonens. cap. 7. ibi: Quæ res Apostolorum impulit, ut Quadragesimale jejuniis sanctificarent, quæ Christiani fideles, non tam Moysen, aut Eliam, quam Christum totius totius anni decimas exciperent, ut habetur in Canone 68. ipsorum Apostolorum, ibi: Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor sacram Quadragesimam paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceven non jejunaverit, deponitur, proterquam si imbecillitate impediatur corporis: sin laicus sit, communitate deponitur, & concordat Conc. Colon. II. p. 9. c. 6. traduntque communiter Patres. (Vid. *lit. A pag. 156.*)*

Hinc Quadragesimam ratione jejunii esse de jure divino, ratione temporis esse ex traditione Apostolorum per multos canones antiquos, & dicta SS. Patrum docet Martin. Ajala *de tradit. part. 3. de jejuniis, & Quadrag. & Card. Varmensis de Cœrem. à tempore sanctorum cap. 1. explicat. 3. de observat. jejuniis. n. 31.*

Quadragesima Christi fuit à sexta die Januarii usque ad decimam quartam Februarii: Nos autem ut plurimum eam incipimus ubi ipse desit: Nosra enim non semper est eodem tempore. Sic Bellarm. *tom. 3. lib. 2. De bonis operibus cap. 16. lit. C. ubi ad quæsitum fieri solitum, quare, si Quadragesima jejuniis Christi imitatio est, non jejunamus eo tempore quo ipse jejunavit, dicit, quod facilis est responsio: Primum enim maluit ecclesia post Dominum, quam cum ipso Domino jejunare, ut vere ejus vestigia sequeretur: Deinde par erat, & jejuniis celeberrimum cum festo celeberrimo jungeretur, in qua parte anni (inquit S. Augustinus in *Epist. 119. cap. 14.*) congruentius observantia Quadragesime constitueretur, nisi confinis, atque contigua Dominica passionis in super nunquam magis sunt necessaria arma jejuniis, quam in cuncto vere, quo tempore, crescentibus humoribus, acriter tentationes existere solent. *Hæc ille, qui alias subiungit congruentias.**

Quadragesima in ecclesia Orientali continet septem hebdomadas, & incipit in Quinquagesima, ex qua Orientales non jejuant sabbato, & sic subtrahunt abstinentiæ septem dies dominicos, & sex diebus sabbati: Cassianus *Collatione 21. cap. 27. Pagan. *loc. num. 33. & seq.** Bellarm. *l. c. cap. 15. & alii.* In ecclesia vero Romana Quadragesima continet sex hebdomadas, quibus additi sunt quatuor alii precedentes dies ad quinquaginta nu-